



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Quæ à Visitatore potissimum præstanda post Visitationem, maximè  
autem in correctione facienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

autē, & alia sunt sigillo Monast. signata.

Coquinæ cella penaria adhæret, quæ longa est cub . . . . . lata verò . . . & in ea pariter sunt abaci duo, cum clauibus & vestibus & plura vasa. Penus est magna copia, non tamen ultra vsum Monialium.

In eodem clauistro sequitur officina Aromataria, quæ ampla est, & etiam factis instructa; Et quæ illi præfecta est, omnia, quæ necessaria, opportunauè sunt, in varijs libris describit.

Deinde est locus, siue potius loca pro ægrotis. Est enim locus vnus amplus, longus cub. . . & latus . . . qui illis, quæ non admodum grauitè laborant, inseruit. Et in loco hoc dicitur officium diuinum; & nocte lampas ardet. Alius etiam est longus cub. . . latus verò . . . pro illis, quæ grauitè laborant.

Alius sequitur in eodem clauistro locus, qui etiã ægrotis inseruit: ibi enim

calefiunt, dapesque earum cõquuntur.

Postremò est scala, per quam descenditur ad cellam vinariam, quæ ampla est; & in ea sunt dolia sexdecim magna, quæ singula continent triginta cados; & viginti parua, quorum quædam quatuor, & alia sex cados continent.

Hortus nimis amplè patet: est enim circiter perticas . . . . & quotidiana hominum opera eger.

Et hoc in pacto reliqua etiã loca describantur. Et aduertatur an caminus extructus sit in priuatis cellis; An horreum, & locus in quo farina conseruatur, duabus clauibus diuersis obserentur: An in loco, in quo cõfessiones audiuntur, rota sit parua. Et hæc sufficit indicasse quoad descriptionem Monasterij.

Et notandum est, quòd vbi obelisco siue asterisco \* signatum est, ibi conficiendum est decretum.

## CAPVT IX.

### Quæ à Visitatore potissimum præstanda post Visitationem, maximè in correctione facienda.

**C**ONFERAT Visitator deinde indices, & inuentaria: atque diligenter videat, an prouentus percepti pro Monialium vsu, anno illo sufficiant, an supersint. Et præscribat quantum tritici, vini obsonij, & aliarum rerum ad vniuersarij victus sustentationem satis esse existimari.

Videat etiã, an quæ à parentibus, alijs nè nomine liuelli debentur, persoluantur, & cui: & omnia describi curet. Postremò decreta conficiat, præcipuè circa substantialia religionis, communem vi-

ctũ, & vestitum, clausurã, cultum diuinũ, charitatem, pacem, & concordiam, & circa vitandũ oriũ, frequentes accessus, & superfluas expensas, & aspectus vicinorum remouendos; poenas etiã legitimas iniungẽdo. Et postea diligenter curet vt ipsa decreta executioni mandetur.

Poenæ autem præscriptæ sunt, vt infra.

Præfecta, & aliq̃ Moniales, quæ Ecclesiasticos, aut laicos homines quauis causa, prætextuè intra Monasterij septa absque Episcopi concessu literis consignato, ingredi permiserint, ipso facto excõ-

munica-  
Greg.  
X I I L

Gl. in c.  
ad reatũ,  
dist. 81.  
Fusch. L.  
2. c. 18.  
num. 50.

Concil. 16. municationis poenam subeunt, à qua ab-  
solui non possunt, nisi à summo Ponti-  
fice, præterquam in articulo mortis: &  
etiam alijs poenis plectendæ sunt.

Concil. Prou. 1. Præfecta, si fuerit negligens in dispõ-  
satione, administratione uè præscripta,  
ab officij sui munere suspendenda est.

Concil. Prou. 4. Præfecta permittens pernoctare ma-  
rem, foeminam uè cuiusvis generis, etiã  
si ipsis Monialibus inseruiret, vltra ex-  
communicationem latæ sententiæ, pu-  
nienda est arbitrio superioris.

Concil. Prou. 1. Præfecta permittens puellas foris de-  
gentes artem aliquam à Moniali etiam  
ad fenestellam doceri, semestri admini-  
strandi officio priuanda est.

Concil. Prou. 1. Præfecta habens pecuniam, gemmas,  
vestes, & huiusmodi, aut vasa florum,  
aut fructuum, depositi, seu custodiæ no-  
mine, officio, cæteræ autem velo pri-  
uandæ sunt.

Concil. Prou. 1. Præfecta, si culpa, aut negligentiã eius a-  
liqua ad religionem, vel ad professionem mi-  
nus legitimè admissa fuerit, ab officij ad-  
ministratiõne submota, velo etiã ad lex  
meas eo ipso priuata esse intelligitur.

Concil. Prou. 5. Et si non præuio examine, seuerè pu-  
nienda est.

Concil. Prou. 5. Præfecta, si neglexerit significare Epi-  
scopo, quo tempore Nouitia professura  
sit, ab eius officio tam diu amouenda est,  
quoad Episcopo videbitur.

Concil. Prou. 1. Præfecta permittens alii boues, equos,  
eod. de & iumera cuiusvis generis in septis Mo-  
nasterij, tres menses ab officij sui mune-  
re amouenda est.

Concil. Prou. 1. Si aliqua Monialis fornicationem, stu-  
prum uè commiserit, in arctius Mona-  
sterium detrudenda est; vt orationibus,  
eod. de & ieiunijs intera, sic penitendo proficiat;  
et metuendum cæteris arctioris disciplinæ  
eod. de præstet exemplum. Quod intelligitur, quã-  
do Monasterium negligentiæ arguitur: aliàs  
in suo Monasterio arctius detrudi debet.

Concil. Triid. Proprietaria voce actiua, & passiuã  
biennio priuanda est.

Concil. Prou. 4. Item alijs poenis secundum regulam,  
de regul. & constitutiones Monasterij puniendæ  
cap. 2. est, præcipuè, quæ nummos etiam modi-  
cos, nisi ratione officij, habuerit; licet de  
Concil. Prou. 4. consensu Præfectæ, quæ eo casu eadem  
eod. poena puniendæ est; sicut etiã Monialis,  
quæ id sciuerit, nec bidui spatio Præfe-  
ctæ, vel, si ipsa in culpa fuerit, & superiori  
non denunciauerit. Maxime aut puniendæ  
est illa quæ furtim aliquid vendicauerit.

Concil. Prou. 1. Venditi, vel in Eleemosynã largienti  
eod. esculenta, vestes, & alia etiã ad proprium  
vsum attributa, vel etiã leganti vel per  
mensum adimendum est; & ter verberibus  
ad disciplinam se affigere cogatur.

Concil. Prou. 1. Nisi ex superioris facultate aliquid re-  
ligionis causa, vel aliud exiguum paren-  
tibus alijsque merentibus donetur.

Concil. Prou. 1. Recusans poenitentiam pertinaciter,  
eod. terram ante pedes Monialium osculari, &  
sibi flagella nomine disciplinæ adhibere  
debet.

Concil. Prou. 1. Superbe autem, vel iniuriosè superio-  
ri respondens à Discretis ad superiorem  
eod. deferenda est: aliàs ipsa disciplinã sibi ad-  
hibere, & humi cibum capere cogendæ sunt.

Concil. Prou. 1. Reculans officium sibi à superiore de-  
eod. latum, voce actiua, & passiuã superioris  
arbitrio priuanda est.

Concil. Prou. 1. Incorrigibilis in arctius Monasterium  
eod. detrudenda est: quando videlicet Mo-  
nasterium negligentia arguitur.

Concil. Prou. 1. Introducens absque facultate legiti-  
ma aliquam personam in Monasterium cuius-  
eod. cunq; ætatis, & conditionis, etiã matrè,  
vel sororem, vltra excommunicationem,  
in quam ipso facto incurrit tribus men-  
sibus in carcerem concludi, atque sextis  
ferijs pane, & aqua tantum ieiunare co-  
gitur, & per annum illi velum adimitur.

Concil. Prou. 1. Eadem poena puniendæ sunt Præpo-  
eod. sitæ Ianuæ, Rotæ, & præfecta, & etiam  
quæcun-

- quæcunque alia consenserit.
- Concil. Prou. 1. eod. de clauf.** Loquens cum externo absq; facultate legitima priuatur triū mensū facultate loquēdi cū cæteris externis omnibus, etiā propinquis: & eo tempore singulis sextis ferijs flagella nomine disciplinæ publicæ sibi adhibere debet dicendo psalmum, Miserere mei Deus.
- Concil. Prou. 6. eod.** Alia poena est, vt prima vice priuetur biennio voce actiua, & passiuæ; secunda arbitrio Episcopi; tertia est excommunicata ipso facto.
- Scribens, aut literas sibi missas legens in scia superiore, per duos menses è cella sua pedem efferre non debet; & singulis sextis ferijs pane, & aqua tantum vesci cogenda est; nisi ad superiorē scripserit. Et si aliqua criminis suspicio fuerit, etiam sex menses facultate loquendi ad fenestellam collocutorij, & velo priuanda est.
- Concil. Prou. 1. eod.** Accedens ad Ianuā quando aperitur, vel ad aspiciendum, vel ad loquendum, præcluditur in cellā arbitrio superioris. Eadem poena plectenda est Præfecta ianuar, quæ id permiserit, vel ad superiorē non detulerit.
- Concil. Prou. 1. eod.** Auscultatrices officio suo minimè fungentes grauissimā poena puniantur arbitrio superioris.
- Concil. Prou. 1. eod. de diui. off.** Versans in Ecclesia minus religiosè, vel aliquid faciens contra ea, quæ illis de diuinis officijs præscripta sunt, acriter pro modo culpæ arbitrio Præfectæ puniendæ est.
- Ambiens honorē, vel officiū, priuatur officio, si ipsum consecuta erit, & trib. sextis ferijs ante pedes Monialium deosculari, ambitionemq; suam accusante cogenda est.
- Concil. Prou. 1. eod.** Etiam si indirectè, vel per aliam requisuisset honorem, vel officium.
- Et eadem poena etiam fautrices afficiendæ sunt.
- Violans Charitatem àcerimè à Præfecta vel à superiore puniendæ est, siue id re, siue verbo fiat.
- Objiciens delicta superioris temporis malo animo terram ante pedes Monialium osculari, & sibi flagella nomine disciplinæ adhibere compellendæ est.
- Tradens calculum in manum alterius in capitulo, voce actiua, & passiuæ arbitrio superioris priuatur.
- Erudiens Nouitias, cū ad ipsam non pertineat, poena priuationis suffragij actiui, & passiuæ punitur.
- Quæ bona Monasterij perperam perdiderrit, àcerimè arbitrio superioris punitur.
- Ad refectorium non accedens tempore debito, vel suo loco non sedens, vel recedens ante gratiarum actiones obsonio vnus diei priuatur; atque in mensa in postremo loco discumbere debet.
- Accipiens aliquid elaborandum priuatim punitur disciplina in loco, in quo Moniales in operibus elaborandis exercentur.
- Non conueniens cum alijs ad laborandū obsonio illius temporis priuatur.
- Habens speculū, catellū, vngueta, suffimeta, & alia huiusmodi acriter punitur.
- Offulas, & alia huius generis conficiens causa donandi, vel vendendi arbitrio superioris punitur.
- Decretis autem confectis, atque publicatis ipsa in librum à scriba referri mandet. Abbatissæ verò, & Discretis iubeat, vt singulis mensibus, donec executioni mandata fuerint, Reuerendi ss. Archiepiscopo, vel sibi, quid executum fuerit, & si qua in executione difficultas fuerit, scribāt, poena arbitraria imposita.
- Et hæc ad Dei Omnipotentis, atque Beatissimæ Virginis laudem, &c.

FINIS.

Collegij Soc. 1858 Paderb. 1869